

Cc 432

γ Knesbeck, Romantische  
atletismus

nr. 21 - 18]

Cc 432 a (1-21)

PK

11

Theses Logicæ  
De  
**DIALECTICES ET**  
**ARGVMENTORVM**  
**DISTRIBUTIONE.**

*Quas die 7. Ian. inter parietes privatos,*

**D. C. A. G.**

*Sub præsidio*

**M. MARTINI POLYCARPI,**  
*Hradeczensis, Bohemi,*

*defendere pro virili annitetur*

**WILHELMUS von Rnesebeck/**  
*Lunaburgensis, Saxo.*

*in triplo*



*ANNO*  
**DoMINICO.**

Martin Polycarp

Antiqua generis Nobilitate,  
virtute, & doctrina præstantiſ-  
ſimis viris;

DN. IOACHIMO à Schulenburgf/  
avunculo suo honorando;

DN. LEVINO à Schulenburgf/Hæreditario  
in Lübsdorff/ Consobrino, fratri, &  
commilitoni olim suo sua-  
vissimo:

Nec non  
Eruditione & prudentia

ornatissimo Viro,

DN. CASPARO ZACCERO, Silesio,  
Præceptor, & amico suo veteri  
& colendo.

Hanc Logicam disquisitiunculam in σύμβολον  
amicitia, & τεκμήριον observantia,

Donat, Dedicat & Consecrat

VVILHELMUS von Knezebeck/

Respondens.

**G**ost definitionem, artis Logicæ theorema generalissimum & primarium: sequitur, quod ordine atque dignitate huic proximum, DISTRIBUTIO. Ram. l. 2. Log. c. 18. Item Schol. l. 2. c. 8. Schnell: prælect. l. 2. in Ram. p. 78. 11.

Distribuitur autem Logica ars, (quæ unica, simplex, & generalis tota) in duas tantummodo essentiales partes, INVENTIONEM & IUDICIUM; quæ in se totam ejusdem naturam, & differendi facultatem universam, complectuntur. Bearb. in def. Ram. ad c. 2. Ram. l. 1. c. 2. Dial.

111.

Hanc divisionem maximè legitimam, & ex ipsa artis natura, differendique temper sibi usus simili depromptā, nec non à veteribus logicis unicè celebratam; attestantur Arist. l. l. prior: c. 33. Top. 8. c. 1 Rhet. 3. c. 1. Item Sophist. Elench. l. c. 11. Cicero in Top. Item 2. de legib. Fab. l. 5. ad finem. Phil. l. 4. Dial. ab initio. Sturm. l. 1. part. Log. c. 1. Valer. Dial. c. 1. Ram. l. 2. Schol. c. 8. Gocl. probl. 1. prob. 7. Inst. l. 1. c. 2. Tal. & Tempell. in Ramum.

111.

Etenim, quum rationis ars sit Logica; rectissimè secundum illius actiones, hujus instituitur Distributio. Ram. ib. Schnell præl. p. 83.

A 2

Duplex

## V.

Duplex autem rationis in rebus tractandis operatio, vel in iis quoque apparet facile, qui ab arte adjutinunquam, solius tantum beneficio naturæ, de rebus quandoque non malè differere solent. Naturaliter enim, primum cogitamus ut differenda; deinde qua via & ratione ea disponenda, ut iudicium de illis fieri queat legitimum. Tertium rationis in differendo munus, præter id est nullum. *Ram. Schol. l. d. Tal. in 2. c. Dial. ejusd. Gocl. prob. pag. 48. Inst. pag. 38.*

## VI.

Partes hæc, licet in usu semper conjungantur, nec invenire quis absque iudicio, nec judicare nisi inventa potest: tamen, præcepta eorundem omnino ab invicem se jungenda, suoq; loco quæque explicanda; quum inter artem, & arte uentem, differat maximè. *Tal. l. d. Gocl. p. 7. partis. 1.*

## VII.

Verum, de ordine harum partium & collo-  
catione, controversia non levis. Sunt enim qui iudicium præponendum, postponendam vero Inventionem, quia difficilior & minùs præstans, arbitrantur. *Gocl. prob. 8.*

## VIII.

Ast, quum Inventio simplicior, quippe quæ Elementorum tantum logicorum doctrina; meritò naturæ & Institutionis ordo, primum eidem in

in nobilissima hac arte, attribuit locum. *God.*  
*ibidem.*

VIII.

INVENTIO itaque seu *τύπεσις* prior est Dialectices pars, de inveniendis argumentis. Exhibit namque hæc & monstrat titulos, sedes seu locos νοημάτων notionum, nempe simplicium & incomplexarum; ex quibus deinceps, cùm enunciata, quæ notiones dicuntur complexæ seu compositæ, exstruuntur; tum probationes ad demonstranda hæc si dubia, depromuntur. Estque per omnia Etymologiæ Grammaticæ similis; quæ itidem voces simplices, quæ Orationis elementa seu materia, pertractat. *Ram.* *ibid.* *Tal.* *in eund.* *God.* *prob.* 7. & 8. *Inst.* p. 38. *Schnell.* l. d.

X.

ARGUMENTUM, vocabulo generaliter accepto, illud est, quod ad aliquid arguendum, probandum nimirum vel declarandum affectum est seu accommodatum. Aristoteli hoc multifariam dicitur, ut annotat *Tal.* l. d. *De quo vide insuper God* p. 1. p. 10. *Sturm.* l. d. *Phil.* 4 *Dial.*

XI.

Hujusmodi autem, sunt RATIONES simplifices, νοημάτα seu conceptus mente consignati: i. q; soli, ab aliis separati, & in se se tantum considerati; sive per se sententiam constituant nullam, sive constituant aliquam. *Ram.* l. 1. *dial.* c. 2. *Tal.* *in eund.* *God.* *inst.* p. 40. *Tempell.* l. 1. c. 2. Depre-

xii.

Deprehenditur autem in omnibus argumentis mutua quædā unius ad alterum affectio seu habitudo, quam vulgo Relationē appellamus; adeò, ut nunquam adhibetur argumentum, nisi ad arguendum suum correlatum. Ut, causa suum tantummodo arguit effectum; à quo unico vicissim arguitur tantum. *Tal l. d. Beurb in defens. ad c. 2.*

xiii.

Secundum hanc quoq; naturalem argumenti unius ad alterum inclinationem, sæpiissimè una eadémque notio, varias induit naturas: ut, quæ nunc absolutè consentientia fuere; jam, in modo quodam, evadant: quæ nunc, respectu hujus, causa dicta est; illius respectu, pro effecto habentur.

xiv.

Argumentum, aliud est Artificiale, aliud Inartificiale. Hoc ἄτεχνον Aristoteli, assūtum seu externum Ciceroni; illud ἀτεχνόν, internum seu inhærens, quod rei inest ipsi, & ex se se sua vi congenita, arguit, appellatum. *Arist. l. i. Rhet. ad Theod. c. 2. Item ad Alex. c. 8. Cic. in Oratoriis dial. in Partit. In Top. Quint. l. 5. c. 1. Valer. c. 40. Tal. in Ram.*

xv.

Artificiale autem argumentum, cùm non unius & ejusdem sit naturæ, originisque; verum, alterū altero posterius; rectè deinceps in Primum, quod

quod suæ est Originis, & in Ortum, quod ex pri-  
mo deductum, distribui potest. *Tal. lib. d.*

xvi.


Verum enim verò, quum & Primum alio atq;  
alio se habeat modo; & nunc simpliciter & abso-  
lutè sine ulla cum alio collatione, nunc verò in  
comparatione ad aliud, usurpatum deprehenda-  
tur; haud ineptè in Simplex dispescitur & Com-  
paratum.

xvii.

Simplex autem vicissim, nunc cum re, quam  
arguere debet, cōsentit amiceq; concordat; nunc  
ab eadem dissentit, hostilitérque (aliud tamen  
magis alio) discordat; meritò itaque illud con-  
sentaneum, hoc dissentaneum appellatur.

xviii.

Consensus verò ille cùm non idem semper,  
sed, ut Aristoteles rectè monet, aliis manifestior  
& illustrior: qualis est caussæ cum suo effecto; a-  
lijs levior & obscurior, cujusmodi est inter subje-  
ctum & adjunctum: optimo tandem jure conßen-  
taneum argumentum in absolutè seu ἀπλωτε, & in  
w̄ seu modo quodam consentiens, est disperti-  
tum. *Arist. i. poster. c. 4 & 7. Ram. in eund. Schol. lib. 9.*



# Porismata.

## I.


An ex citatis in thesi tertia Aristotelis locis,  
distributio hæc Logica , firmiter demonstrari  
queat ? Ram. 8. c. l. 2. Schol. Goel. probl. 1. pag 7. Schnell.  
in Cast. 2. c. 1. l.

## II.


Argumenti significatio hæc generalis ; u-  
trum in bene loquentium usu probetur, nécne ?  
Goel. ib. pag. 8. Schnell. in præl. c. 2. l. 1. pag. 97. Beurh. in  
defens. p. 38.


## III.

An, artificialis argumenti & inartificialis  
appellationes, juxta vulgarem Rhetorum usum  
& definitionem sint intelligendæ, nécne ? Beurh.  
in defens. ad c. 2. l. 1. disqu. 6. p. 61.









LOGICÆ  
PRÆCISES ET  
INTORVM  
UTIONE.

*parietes privatos,*  
A. G.  
*exedio*  
**POLYCARPI,**  
*is, Bohemi,*  
*irili annitetur*  
*pon Rnefsebecke/*  
*nssis, Saxo.*

in Triglo.